DE
IMITATIONE THEOGNIDEA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE IMPERATORIAE WILHELMAE

ARGENTORATENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

RICHARDUS KUELLENBERG

SLEIDENSIS

ARGENTORATI

APUD CAROLUM I. TRUEBNER.

MDCCCLXXVII.

PATRI · CARISSIMO

ET

GUILELMO · STUDEMUND

PRAECEPTORI · SUO

S·

„*Γαλάτων ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δ' ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυτομένους*“ Aelianus [1]) narrat. Imago foedissima et nimis in falsum aucta, quamquam veri aliquid rei subest. Nam ex Homero tanquam e fonte perenni omnes fere poetae Graeci hauserunt. Quae „*Χῖος ἔειπεν ἀνήρ*“, quae „*Ὅμηρος ἄεισε λαοῖς*“, ea pulchra, ea imitatione digna erant, et optimi poetae ei habebantur, qui *ὁμηρικοί* essent. Nec solum ingenium Homeri poetae Graeci sequi studebant, sed etiam genus eius dicendi adeo ad imitandum sibi proponebant, ut et Boeotorum et omnino omnia posterioris aetatis carmina epica Homeri vestigia secuta sint. [2]) Similia autem de eo poesis genere, quod proxime accedit ad carmen heroicum, de elegiaca poesi dici possunt. Quae cum in eisdem fere regionibus, quibus epica poesis maxime florebat, orta esset, et cum metrum elegiacum ab heroico originem traxisset, [3]) poetas elegiacos suadente ipsa metri necessitate initio quidem simili, ne dicam eodem, dicendi genere atque Homerum usos esse ex Callini potissimum et Tyrtaei reliquiis intellegi potest, quorum utriusque poesis tota fere pendet ex Homerica. Nec mirum, nam quae supra de Homeri imitatione diximus, fere de omni Graecorum poesi in universum dici possunt, atque longe aberat ut „ipsi sibi exempla“ essent poetae, immo, quae alii pulchre et egregie dixissent, ea sua facere nec poetae dubitabant neque

---

[1]) Ael. v. h. XIII, 22.

[2]) cfr. Zingerle, zu späteren lat. dichtern p. 97.

[3]) cfr. Rossbach und Westphal, griech. metrik II^2, p. 351: „das akatalektische hexametron wird mit einem dikatalektischen hexametron verbunden. Zu den beiden akatalektischen tripodien des hexametrons treten nämlich zwei katalektische tripodien als zweiter vers hinzu.“

iterum atque iterum audire Graeci gravabantur.[1]) Sane pauca tantum elegiae Graecae fragmenta exstant, sed ex eis quoque, quae ad nostram aetatem pervenerunt, perspici potest poetas elegiacos saltem initio diligentissime epicos secutos, sensim pedetemptimque liberius incessisse suisque legibus usos esse. Quamquam hac de re fusius dicere nostrum non est. Quid enim Theognis Megarensis aliis poetis debeat, id solum quaerere et exemplis illustrare nobis proposuimus.[2])

I.

a) Alius poetae versum integrum Theognis suis versibus videtur inseruisse hunc:

v. 147: *ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ᾽ ἀρετή ᾽στιν.*

Sane idem versus etiam in Phocylideis legebatur. Vide quae Bergk ad hunc locum adnotavit[3]): „affert idem Grammaticus Osanni, Aristotel. Eth. Nic. V, 3: *καὶ παροιμιαζόμενοί φαμεν· ἐν δὲ δικ. κτλ.* Usus eodem versu etiam Phocylides, vid. Mich. Ephes. ad illum locum: *ἡ δὲ παροιμία Θεόγνιδός ἐστιν, ὡς Θεόφραστός φησιν ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἠθῶν λέγων, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἠθικῶν, ὡς Φωκυλίδης αὐτοῦ μέμνηται, καὶ οὐδὲν θαυμαστὸν καὶ Φωκυλίδην αὐτῇ*

---

1) cfr. Bergk, griechische literaturgeschichte I, p. 523 et 878; de Leutsch in Philol. XXX, p. 217.

2) Qua in quaestione tractanda hanc viam ingressus sum, ut omnino vss. 1231 sqq. et e vss. 1—1230 neglegerem eos versus, quos Bergk a Theognideis separavit, quamquam viro doctissimo in omnibus rebus prorsus assentiri non ausim.*) Disserui igitur de solis versibus 1—114. 117—196. 209—10. 213—226. 233—254. 257—260. 267—270. 279—314. 319—372. 381—466. 497—502. 509—510. 523—526. 529—30. 535—566. 571—584. 591—666. 687—718. 729—30. 753—792. 797—824. 831—860. 869—876. 885—890. 895—902. 949—982. 989—992. 1013—16. 1023—54. 1059—62. 1071—1130. 1133—1208. 1217—26. 1229—30.

*) De vss. 903 sqq. recte iudicasse mihi videtur Welcker (Theognidis reliquiae p. 142): „ieiuni alicuius Grammatici exercitatio ea fuerit." cfr. Bergk PL, p. 542 „ . . . poeta (sive Theognis, sive alius quis) . . ." vss. 1129—1132 in duas particulas dirimendi sunt. vss. 1129—30 Theognidi tribuo.

3) PL, p. 494.

καὶ Θέογνιν χρήσασθαι.“ Quare veri vix dissimile est hunc versum neque ad Phocylidem neque ad Theognidem auctorem referendum esse, sed utrumque poetam e communi fonte antiquiore eum hausisse et carminibus suis inseruisse.

b) nonnullos versus ex aliorum carminibus petitos plus minusve mutavit: ex Homericis carminibus:

v. 239: *ῥηϊδίως· θοίνῃς δὲ καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσσῃ ἐν πάσαις*
cfr. Il. 10, 217: *αἰεὶ δ᾽ ἐν δαίτῃσι καὶ εἰλαπίνῃσι παρέσται.*
v. 707: *ὅντινα δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφικαλύψῃ*
cfr. Od. 4, 180: *πρίν γ᾽ ὅτε δὴ θανάτοιο μέλαν νέφος ἀμφεκάλυψεν.*
v. 713: *οὐδ᾽ εἰ ψεύδεα μὲν ποιοῖς ἐτύμοισιν ὁμοῖα*
cfr. Od. 19, 203: *ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὁμοῖα.*
cfr. etiam Hes.[1]) theog. 27: *ἴδμεν ψεύδεα πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν ὁμοῖα.*
v. 803: *οὐδὲ γὰρ ὃς θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει*
cfr. Il. 12, 242: *ὃς πᾶσι θνητοῖσι καὶ ἀθανάτοισιν ἀνάσσει.*
v. 1143: *ἀλλ᾽ ὄφρα τις ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο*
cfr. Il. 18, 61: *ὄφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο.*[2])

ex Hesiodi carminibus:

v. 401: *μηδὲν ἄγαν σπεύδειν· καιρὸς δ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.*
cfr. erg. 694: *μέτρα φυλάσσεσθαι· καιρὸς δ᾽ ἐπὶ πᾶσιν ἄριστος.*
v. 821: *οἳ δ᾽ ἀπογηράσκοντας ἀτιμάζουσι τοκῆας*
cfr. erg. 135: *αἶψα δὲ γηράσκοντας ἀτιμήσουσι τοκῆας.*

ex aliorum carminibus:

v. 425 et 427: *πάντων μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίοισιν ἄριστον,*
φύντα δ᾽ ὅπως ὤκιστα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι.

---

[1]) editionis Goettlingianae.

[2]) Legitur idem versus Il. 18, 442. Ex his locis coniecit de Leutsch (cfr. PL, p. 554) etiam apud Theognidem scribendum esse *ὄφρα δέ τις* pro *ἀλλ᾽ ὄφρα τις.* Recte, ut mihi videtur, nam *ὅ* syllaba correpta non placet. Ex eadem causa Bergkii coniecturam in v. 252 *ὄφρ᾽ ἂν ᾖ* pro *ὄφρ᾽ ἂν* non probandam esse puto. Ceterum cfr. ad v. 1143 etiam Steph. thes. V, p. 2460.

Quos ad versus Bergk[1]): „fuerunt, inquit, antiqui versus, quos Midae Silenus ferebatur olim dixisse, ἀρχὴν μὲν μὴ κτλ., quos imitatur Theognis.“ [2])

v. 153: τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῷ ὄλβος ἕπηται
cfr. Sol. 8: τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται.[3])
v. 168: ἀνθρώπων ὁπόσους ἠέλιος καθορᾷ.
cfr. Sol. 14, 2: πάντες ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.

II.

1. a) Versuum partes quae et apud Theognidem et apud Homerum in fine hexametri leguntur:

v. 13 κακὰς δ' ἀπὸ κῆρας ἄλαλκε: Il. 21, 548 βαρείας κῆρας ἀλάλκοι. cfr. Hes. theog. 527 κακὴν δ' ἀπὸ νοῦσον ἄλαλκεν. — v. 767 κακὰς ἀπὸ κῆρας ἀμῦναι: Il. 4, 11 κῆρας ἀμύνει. 12, 402 κῆρας ἄμυνεν (cfr. etiam 1, 67).

v. 49 φίλ' ἀνδράσι ταῦτα γένηται: Od. 7, 316 φίλον Διὶ πατρὶ γένοιτο.

v. 53 (λα)οὶ δὲ δὴ ἄλλοι: Il. 11, 524 οἱ δὲ δὴ ἄλλοι.

---

[1]) PL, p. 512. [2]) Aliter de Leutsch (Philol. XXX, p. 202—6) iudicat: „Theognis hat für diese sentenz ein altes, prosaisches dictum benutzt und diese seine fassung ist dessen später berühmteste form geblieben.“

[3]) cfr. Clemens Al. Strom. VI, p. 740: „Σόλωνος δὲ ποιήσαντος· τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν, ὅτ' ἂν πολὺς ὄλβος ἕπηται, ἄντικρυς ὁ Θέογνις γράφει· τίκτει τοι κόρος ὕβριν ὅτ' ἂν κακῷ ὄλβος ἕπηται.“ Haec non est cur in dubitationem vocemus. Bene de hac re disseruit de Leutsch in Philol. XXIX, p. 515 sq.: „die kenntniss der poesie . . . sowie der grundsätze über gegenseitige benutzung der gedichte ward ohne zweifel ganz bedeutend durch die reisen und den verkehr der dichter unter einander gefördert . . . . Und hiervon war denn die folge, dass Theognis . . . . auch diesen verkehr und somit auch die neben ihm lebenden dichter und denker . . . . in seinen gedichten berührte und besprach . . . . es tritt uns also hier ein verhältniss entgegen, wie es zwischen Alkman und spartanischen dichtern und dichterinnen existierte, zwischen Solon und Mimnermos, Sappho und Alkaios, Simonides und Timocreon, Pindar und Bacchylides, Phrynichos und Aeschylos, Sophokles und Euripides u. s. w. u. s. w.“

v. 71 *καὶ πολλὰ μογῆσαι*: Il. 9, 492 et Od. 5, 223 et 8, 155 *καὶ πόλλ' ἐμόγησα*. Il. 23, 607 *καὶ πόλλ' ἐμόγησας*.
v. 81 *ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντες*: Il. 22, 263 *ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν*. Eadem clausula legitur: Theogn. 765. h. Merc. 391. Similes formulae: Hes. erg. 13. 112. Tyrt. 5, 5.
v. 99 *ἐνὶ θυμῷ*: Il. 2, 223.
v. 113 *φίλον ποιεῖσθαι ἑταῖρον*: Il. 1, 345 *φίλῳ ἐπεπείθεθ' ἑταίρῳ*. — v. 643 *φίλοι γίνονται ἑταῖροι*: Od. 12, 309 *φίλους ἔκλαιον ἑταίρους*.
v. 131 *πατρὸς καὶ μητρὸς ἄμεινον*: Od. 6, 287 *πατρὸς καὶ μητρὸς ἐόντων*.
v. 137 *κακόν, ἐσθλὸν ἔθηκεν*: Od. 15, 488 *κακῷ ἐσθλὸν ἔθηκεν*.
v. 139 *ὅσσ' ἐθέλησιν*: Od. 10, 22 *ὅν κ' ἐθέλησιν*.
v. 157 *ἄλλοτε ἄλλως*: Od. 4, 236 *ἄλλοτε ἄλλῳ*.
v. 175 *βαθυκήτεα πόντον*: Od. 3, 158 *μεγακήτεα πόντον*.
v. 177 *οὔτε τι εἰπεῖν*: Il. 4, 22 *οὐδέ τι εἶπεν*.
v. 209 *πιστὸς ἑταῖρος*: Il. 15, 437. — v. 529 *πιστὸν ἑταῖρον*: Il. 17, 500.
v. 215 *ποτὶ πέτρῃ*: Od. 5, 415.
v. 237 *ἐπ' ἀπείρονα πόντον*: Il. 1, 350.
v. 241 *νέοι ἄνδρες*: Od. 17, 294.[1])
v. 243 *ὑπὸ κεύθεσι γαίης*: Il. 22, 482. Eadem formula legitur Hes. theog. 300. 334. 483. Similiter Aeschyl. Eum. 1036. Eur. Hel. 129. 774.
v. 251 *καὶ ἐσσομένοισιν ἀοιδή*: Od. 8, 580.
v. 293 *ἀλλά μιν ἔμπης*: Il. 2, 297 *ἀλλὰ καὶ ἔμπης*.
v. 319 *ἔμπεδον αἰεί*: Il. 10, 361 *ἐμμενὲς αἰεί*.
v. 321 *βίον καὶ πλοῦτον ὀπάσσῃ*: Il. 7, 205 *βίην καὶ κῦδος ὄπασσον*. Od. 15, 320 *χάριν καὶ κῦδος ὀπάζει*. Hes. erg. 167 *βίοτον καὶ ἤθε' ὀπάσσας*. Sol. 19, 5 *χάριν καὶ κῦδος ὀπάζοι*.
v. 339 *θεὸς εἶναι*: Od. 1, 323 *θεὸν εἶναι*.
v. 361 *πῆμα παθόντος*: Od. 7, 195 *πῆμα πάθησιν*.
v. 367 *νόον ὄντιν' ἔχουσιν*: Il. 22, 382.

---

[1]) Etiam ex hac causa, quod *νέοι ἄνδρες* in clausula Homerica legitur, Mauricii Schmidtii coniectura (cfr. Mus. Rhen. n. XX, p. 306) *λιγυφθόγγοισι νεᾶνες* pro *λιγυφθόγγοις νέοι ἄνδρες* non probanda est.

v. 369 *κακοὶ ἠδὲ καὶ ἐσθλοί*: Il. 9, 319 *κακὸς ἠδὲ καὶ ἐσθλός*.
v. 393 *πολλὸν ἀμείνων*: Il. 6, 479. Od. 2, 117. 7, 111.
v. 427 *πύλας Ἀΐδαο περῆσαι*: Il. 5, 646 *πύλας Ἀΐδαο περήσειν*. Eadem formula Il. 23, 71.
v. 429 *φρένας ἐσθλάς*: Il. 17, 470.
v. 499 *ἴδριες ἄνδρες*: Od. 7, 108 *ἴδριες ἀνδρῶν*.
v. 545 *αἰθομένοις ἱεροῖσιν*: Il. 11, 775. Eadem formula Od. 12, 362.
v. 549 *πόλεμον πολύδακρυν ἐγείρει*: Il. 20, 31 *πόλεμον δ' ἀλίαστον ἔγειρεν*. cfr. Il. 3, 165 *πόλεμον πολύδακρυν Ἀχαιῶν*. Sol. 4, 19 *πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει*.
v. 553 *διαπρήξουσι κέλευθον*: Od. 2, 213 *διαπρήσσωσι κέλευθον*. Eadem formula Il. 1, 483 et Od. 2, 429 (conf. h. Merc. 200).
v. 557 *ἐπὶ ξυροῦ ἵσταται ἀκμῆς*: Il. 10, 173. Similiter Simon. C. 99, 1. Aeschyl. Choeph. 883. Soph. Ant. 996. Eur. Herc. f. 630. Theocr. 22, 6.
v. 617 *πάντα τελεῖται*: Il. 2, 330. 14, 48. Od. 18, 271. 2, 176. 5, 302. 13, 178.
v. 619 *ἀχνύμενος κῆρ*: Il. 7, 428. Eadem formula Hes. sc. 435.
v. 711 *Σίσυφος ἥρως*: Similiter Homerus (Il. 6, 35) *Λήϊτος ἥρως* etc.
v. 757 *αἰθέρι ναίων*: Il. 2, 412. Eadem formula Il. 4, 166. Od. 15, 523. Hes. erg. 18.
v. 759 *αὐτὰρ Ἀπόλλων*: Il. 16, 728. 21, 538.
v. 773 *πόλιν ἄκρην*: Homerus in formula *ἐν πόλει ἄκρῃ* Il. 6, 88. 297. 317. 7, 345.
v. 779 *περὶ βωμόν*: Il. 1, 448.
v. 819 *ἔνθα μάλιστα*: Il. 11, 528.
v. 837 *δειλοῖσι βροτοῖσιν*: Il. 22, 31. 76. 24, 525. Od. 11, 19. 12, 341. 15, 408. Hes. erg. 686.
v. 839 *οὐδέ με πείσεις*: Il. 11, 648.
v. 869 *οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν*: Il. 15, 36. Hes. theog. 110. 702. 840.
v. 873 *οὐδέ σε πάμπαν*: Il. 12, 406 *οὐδ' ὅγε πάμπαν*.
v. 897 *ἄνδρεσσι καταθνητοῖς χαλέπαινεν*: Il. 16, 386 *ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ*.

v. 949 *λέων ὥς ἀλκὶ πεποιθώς*: Il. 5, 299. Similiter Il. 17, 61. Od. 6, 130.
v. 951 *πόλιν οὐκ ἀλάπαξα*: Il. 2, 367 *πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις*.
v. 959 *ἀπὸ κρήνης μελανύδρου*: Il. 16, 160. 21, 257. Cfr. etiam Il. 9, 14. 16, 3. Od. 20, 158. h. Pan. 20.
v. 973 *ἐπὶ γαῖα καλύψῃ*: Il. 14, 114 *κατὰ γαῖα καλύπτει*.
v. 1031 *ἄλγος ἀέξων*: Od. 24, 231 *πένθος ἀέξων*.
v. 1033 *θεῶν δ' εἱμαρμένα δῶρα*: Il. 20, 265 *θεῶν ἐρικυδέα δῶρα*.
v. 1053 *θυμός τε νόος τε*: Od. 2, 281 *βουλήν τε νόον τε*.
v. 1087 *ἐν Λακεδαίμονι δίῃ*: Od. 4, 702 *ἐς Λακεδαίμονα δῖαν*.
v. 1119 *Φοῖβος Ἀπόλλων*: Il. 1, 43. 64.
v. 1125 *νηλέϊ θυμῷ*: Od. 9, 272. 287. 368.
v. 1185 *φαεσιμβρότου ἠελίοιο*: Od. 10, 138. Hes. theog. 958.
v. 1197 *ὀξὺ βοώσης*: Il. 17, 89 *ὀξὺ βοήσας*.

b) Versuum partes, quae et apud Theognidem et apud Hesiodum in fine hexametri leguntur:

v. 9 *ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη*: theog. 858 *στενάχιζε δὲ γαῖα πελώρη*. cfr. theog. 173 *γήθησεν δὲ μέγα φρεσὶ Γαῖα πελώρη*. Il. 19, 362 *γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθών*. Similiter h. Ap. D. 118. h. Cer. 14.
v. 179 *γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης*: theog. 762. cfr. Il. 2, 159 *εὐρέα νῶτα θαλάσσης*.
v. 289 *ἐσθλὰ κακοῖσιν*: erg. 179.
v. 291 *καὶ ὕβρις*: erg. 191 *καὶ ὕβριν*. Eisdem vocabulis clauduntur apud Theogn. v. 307. 603. 835.
v. 387 *κρατερῆς ὑπ' ἀνάγκης*: theog. 517. cfr. Theogn. 195 *κρατερή μιν ἀνάγκη*.
v. 419 *ἀλλ' ὑπ' ἀνάγκης*: erg. 15.
v. 591 *θνητοῖσι βροτοῖσιν*: theog. 903 *καταθνητοῖσι βροτοῖσι*.
v. 607 et 755 *ἐς δὲ τελευτήν*: erg. 333.
v. 695 *παρασχεῖν ἄρμενα πάντα*: theog. 639 *παρέσχεθεν ἄρμενα πάντα*.
v. 791 *καὶ ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ*: sc. 282 *ὑπ' ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ*.
v. 1023 *ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα θήσω*: erg. 815 *ἐπὶ ζυγὸν αὐχένι θεῖναι*.[1])

[1]) Recte Hermannus coniecit apud Hesiodum scribendum esse *ἐπὶ*

v. 1121 *κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων*: erg. 115.
v. 1145 *ἀγλαὰ μηρία καίων*: erg. 337 *ἀγλαὰ μηρία καίειν*.

c) Ex hymnis Homericis:

v. 5 *πότνια Λητώ*: h. Ap. Del. 12.[1])

Tot igitur hexametrorum clausulae cum Homericam memoriam referant, memorabile sane est, quod quattuor hexametri Theognidei vocabulis clauduntur, quorum syllabas aliter dimetitur Theognis atque Homerus:

1) *ι* vocalis in *κάκιον* apud Homerum ceterosque epicos brevis, apud Atticos poetas longa est. Eadem apud Theognidem producitur in fine vss. 811 et 1175, corripitur et in vss. 21 et 1111 et quotienscunque occurrit in pentametris.

2) *ι* vocalis in *ἀνιάω, ἀνίη, ἀνιηρός* apud Homerum ubique longa (vid. Ebeling lex. Homer. p. 131), apud Theognidem constanter brevis est: in fine vs. 1205 *ἀνιῷτο*. Legitur quidem in vs. 668 *ἀνῑῷμην*, sed hic versus alius poetae est, Eueni Parii ut Bergk putat; ceterum locus corruptus est.[2])

3) Praeterea moneo *θεῶν* in fine vs. 171 id est in arsi per synizesin legendum esse. Genetivus pluralis huius vocis per synizesin apud Homerum nusquam legitur, sed apud Hes.

ζυγὸν αὐχένι (codd. *αὐχένα*) *θεῖναι βουσὶ καὶ ἡμιόνοισι κτλ.* cfr. erg. 581 *ἐπὶ ζυγὰ βουσὶ τίθησιν*.

[1]) Poetam, sive Theognis is fuit sive alius nescio quis, in vs. 1—10 componendis hymnorum genus dicendi imitandum sibi proposuisse ex his intellegi potest: v. 1 *ὦ ἄνα*: h. Ap. P. 1 et 348. ‖ *Λητοῦς υἱέ, Διὸς τέκος*: cfr. h. Ap. P. 367 *Διὸς καὶ Λητοῦς υἱέ*. ‖ v. 1 sq. *οὔποτε σεῖο λήσομαι*: cfr. h. Ap. D. 1 *μνήσομαι οὐδὲ λάθωμαι Ἀπόλλωνος ἑκάτοιο*. ‖ v. 2 *ἀρχόμενος οὐδ' ἀποπαυόμενος*: cfr. frgmt. h. Bacch. XXXIV, 17 sq. *οἱ δέ σ' ἀοιδοὶ ᾄδομεν ἀρχόμενοι λήγοντές τ'*. ‖ v. 3 sq. *ἀλλ' αἰεὶ πρῶτόν σε καὶ ὕστατον ἔν τε μέσοισιν ἀείσω*: cfr. h. Ap. 21, 4 *σὲ δ' ἀοιδὸς . . . πρῶτόν τε καὶ ὕστατον αἰὲν ἀείδει*. ‖ v. 5 *Φοῖβε ἄναξ*: cfr. h. Ap. P. 79 *Φοῖβε ἄναξ ἑκάεργε*. ‖ *ὅτε μέν σε θεὰ τέκε πότνια Λητώ*: cfr. h. 16, 3 *τοὺς . . . τέκε πότνια Λήδη*. ‖ v. 6 sq. *φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν ἐφαψαμένη . . . ἐπὶ τροχοειδέϊ λίμνῃ*: cfr. h. Ap. D. 17 sq. *κεκλιμένη πρὸς μακρὸν ὄρος . . . ἀγχοτάτω φοίνικος, ἐπ' Ἰνωποῖο ῥεέθροις*, et 117 *ἀμφὶ δὲ φοίνικι βάλε πήχεε*. ‖ v. 9 *ἐγέλασσε δὲ γαῖα πελώρη*: cfr. h. Ap. D. 118 *μείδησε δὲ γαῖ' ὑπένερθεν*. ‖ Praeter hos versus vix certa imitationis ex Homericis hymnis expressae vestigia exstant apud Theognidem.

[2]) Vid. Bergk PL, p. 529.

theog. 44 in thesi primi et in h. Cer. vs. 55 in arsi primi et v. 259 in arsi alterius pedis.[1])

2. Versuum partes, quae et apud Theognidem et apud Homerum aliosque in initio hexametri leguntur:

v. 1 *ὦ ἄνα*: h. Ap. P. 1 et 348. Homerus *Ζεῦ ἄνα* Il. 3, 351 || v. 3 *ἀλλ' αἰεί*: Il. 3, 408 || v. 5 et 773 *Φοῖβε ἄναξ*: h. Ap. P. 79 || v. 11 *Ἄρτεμι . . . θύγατερ Διός*: Od. 20, 61 || v. 15 *Μοῦσαι καὶ Χάριτες*: h. 27, 15 *Μουσῶν καὶ Χαρίτων* || v. 21 et 135 *οὐδέ τις*: Od. 24, 159 || v. 27 *σοὶ δ' ἐγὼ εὖ φρονέων ὑποθήσομαι*: Hes. erg. 286 *σοὶ δ' ἐγὼ ἐσθλὰ νοέων ἐρέω*. cfr. Od. 5, 143 *αὐτάρ οἱ πρόφρων ὑποθήσομαι* || v. 61 sq. *φίλον ποιεῦ . . . | ἐκ θυμοῦ*: Il. 9, 486 *ἐκ θυμοῦ φιλέων* || v. 99 *ἀντὶ κασιγνήτου*: Od. 8, 546 || v. 135 *οὐδέ τις ἀνθρώπων*: Od. 7, 31 *μηδέ τιν' ἀνθρώπων* || v. 145 sq. *βούλεο . . . . | ἤ*: Od. 12, 350 sq. *βούλομ' . . . . . | ἤ* || v. 157 *Ζεύς γάρ τοι*: Il. 11, 543 *Ζεὺς γάρ οἱ* || v. 167 *ἄλλ' ἄλλῳ*: Il. 4, 268 *ἀλλ' ἄλλους* || v. 245 *οὐδὲ τότ' οὐδέ*: Il. 5, 20 *οὐδὲ γὰρ οὐδέ* || v. 253 *αὐτὰρ ἐγών*: Od. 1, 88 || v. 341 *ἀλλὰ Ζεῦ*: Il. 8, 242 || v. 351 et 649 *ἆ δειλή*: Od. 14, 361 *ἆ δειλέ* || v. 353 *ἀλλ' ἴθι*: Il. 1, 32 et duodecies alibi || v. 393 sqq. *ἐν πενίῃ δ' ὅ τε δειλὸς ἀνὴρ ὅ τε πολλὸν ἀμείνων φαίνεται . . . | τοῦ μὲν γὰρ . . . . . | τοῦ δ' . . .*: Il. 13, 278 sqq. *ἔνθ' ὅ τε δειλὸς ἀνήρ, ὅς τ' ἄλκιμος, ἐξεφαάνθη | τοῦ μὲν γὰρ . . . . | τοῦ δ' . .* || v. 439 *νήπιος ὅς*: Hes. fragm. 186. Cypria 19 (cfr. etiam Hom. Il. 2, 38 et sexcenties alibi) || v. 601 *ἔρρε*: Il. 8, 164 || v. 663 *αἶψα μάλ'*: Il. 19, 149 || v. 687 *οὐκ ἔστιν*: Il. 14, 212 || v. 711 *ἀλλ' ἄρα*: Od. 3, 259 || v. 713 *οὐδ' εἰ*: Il. 2, 489 || v. 777 *ἦρος ἐπερχομένου*: h. Cer. 455 *ἦρος ἀεξομένοιο*. Formae contractae vocis *ἔαρος* apud Homerum non leguntur; *ἔαρι* et *ἔαρος* in prima versus thesi per synizesin leguntur Hes. erg. 462. Mimn. 2, 2 || v. 849 *οὐ γὰρ ἔθ'*: Il. 2, 641 || v. 853 *ᾔδεα μὲν . . . ἀτὰρ . . . δὴ νῦν*: Il. 14, 71 sq. *ᾔδεα μὲν . . . . . | οἶδα δὲ νῦν*. opponuntur *μὲν* — *ἀτὰρ* Il. 1, 165 sq. || v. 1107 *ὤ μοι ἐγὼ δειλός*: Il. 18, 54 *ὤ μοι ἐγὼ δειλή* || v. 1173 *ὦ μάκαρ*: Il. 3, 182.

[1]) Apud Homerum per synizesin leguntur *θεοί* (Il. 1, 18) in alterius pedis arsi et *θεοῖσιν* (Od. 14. 251) in prima versus thesi. cfr. Bekker, h. bl. 1, 88. 284.

3. Versuum partes ex Homero aliisque haustae variis versuum sedibus[1]):

v. 1 Διὸς τέκος*: Il. 21, 229 || v. 3 πρῶτόν σε καὶ ὕστατον*[2]): h. 21, 4 πρῶτόν τε καὶ ὕστατον || v. 9 ἐγέλασσε δέ*: Il. 19, 362 γέλασσε δέ || v. 15 κοῦραι Διός*: Il. 2, 598 || v. 23 πάντας δὲ κατ᾽ ἀνθρώπους: Homerus constanter πάντας ἐπ᾽ ἀνθρώπους in initio versus. cfr. Theogn. v. 83 ἐπὶ πάντας | ἀνθρώπους || v. 33 πῖνε καὶ ἔσθιε: apud Homerum saepe formula legitur αὐτὰρ ὁ πῖνε καὶ ἦσθε (Od. 5, 94 etc.) || v. 37 ἀγαθοῖσιν ὁμίλεε: cfr. Od. 18, 383 οὐκ ἀγαθοῖσιν ομιλεῖς || v. 77 χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου* et v. 499 χρυσόν τε καὶ ἄργυρον*: Od. 10, 45 χρυσός τε καὶ ἄργυρος || v. 91 δίχ᾽ ἔχει νόον: Il. 20, 32 δίχα θυμὸν ἔχοντες || v. 95 ἑταῖρος ἀνήρ*: Od. 8, 584 || v. 125 ἀνδρὸς νόον οὐδὲ γυναικός: cfr. Il. 9, 276 ἤτ᾽ ἀνδρῶν ἤτε γυναικῶν. Saepissime apud Homerum legitur formula: ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες || v. 171 οὔ τοι ἄτερ θεῶν |: cfr. Il. 15, 292 sq. οὐ γὰρ ἄτερ γε | Ζηνός | v. 177 πενίῃ δεδμημένος*: Od. 14, 318 καμάτῳ δεδμημένον || v. 245 μελήσεις . . . | . . . ἀνθρώποις: Od. 9, 20 ἀνθρώποισι μέλω || v. 327. 627. 637 ἐν ἀνθρώποισιν*: Od. 1, 95 || v. 349 μέλαν αἷμα*: Od. 3, 455 || v. 361 κραδίη μινύθει: Od. 4, 374 μινύθει . . . ἦτορ || v. 407 ἐγὼ δέ τοι αἴτιος οὐδέν : Il. 3, 164 οὔτι μοι αἰτίη ἐσσί || v. 421 θύραι οὐκ ἐπίκεινται |: Od. 6, 19 θύραι δ᾽ ἐπέκειντο || v. 501 καὶ μάλα περ πινυτοῦ: apud Homerum legitur formula πινυτή περ ἐοῦσα: Od. 20, 131. 21, 103. 23, 361 || v. 507 νόον ἐν στήθεσσιν: Il. 3, 63 ἐνὶ στήθεσσιν . . . νόος || v. 629 νόον ἀνδρός | : Il. 15, 80 νόος ἀνέρος || v. 651 οὐκ ἐθέλοντα βίῃ*: Il. 13, 572. cfr. Theogn. 371 ἀέκοντα βίῃ || v. 653 θεοῖς φίλος ἀθανάτοισιν*: Homerus constanter φίλος ἀθανάτοισι θεοῖσιν[3]) || v. 691 τελέσειας ὁδόν: Od. 10. 490 ὁδὸν τελέσαι || v. 711 πάλιν ἤλυθε*: Il. 9, 408 πάλιν

[1]) Asterisco notavi vocabula eadem versus sede qua apud Homerum aliosque collocata.

[2]) Bergk σε scripsit pro τε, quod libri praebent. Contra eum dixit de Leutsch in Philol. XXIX, p. 657 sq.

[3]) De collocatione vocis ἀθανάτου apud Homerum et Hesiodum vide infra p. 24 ad v. 556.

ἐλθεῖν || v. 757 sq. *Ζεὺς μὲν τῆσδε πόληος ὑπειρέχοι . . . . δεξιτερὴν χεῖρ'*: cfr. Il. 9, 420 sq. *ἕθεν . . . . . . Ζεὺς | χεῖρα ἑὴν ὑπερέσχε* || v. 759 *ἄλλοι τ' ἀθάνατοι . . . θεοί*: Il. 3, 298 *ἀθάνατοι θεοὶ ἄλλοι* || v. 759 *μάκαρες θεοί**: Il. 20, 54 || v. 765 *ὧδ' εἴη κεν ἄμεινον*: Il. 1, 217 *ὣς γὰρ ἄμεινον* | v. 769 *Μουσῶν θεράποντα*: h. 32, 20 *Μουσάων θεράποντες* v. 777 *κλειτὰς πέμπωσ' ἑκατόμβας* |: Il. 4, 102 *ῥέξειν κλειτὴν ἑκατόμβην* || v. 799 *ἐπὶ χθονί** [1]): Hes. erg. 90 || v. 815 *ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων* | : Il. 10, 158 *λὰξ ποδὶ κινήσας* || v. 835 *ἀλλ' ἀνδρῶν τε βίη . . . καὶ ὕβρις*: Od. 15, 329 *τῶν ὕβρις τε βίη τε* || v. 869 *μέγας οὐρανός**: Il. 1, 497 || v. 885 *εἰρήνη καὶ πλοῦτος*: Od. 24, 486 *πλοῦτος δὲ καὶ εἰρήνη* | v. 899 *ἐντὸς ἐνὶ στήθεσσι**: Il. 3, 63 *ὥς σοι ἐνὶ στήθεσσιν* | v. 1049 *οἷά τε παιδὶ πατήρ*: Od. 1, 308 *ὥστε πατὴρ ᾧ παιδί* || v. 1077 *ὄρφνη γὰρ τέταται*: Od. 11, 19 *ἀλλ' ἐπὶ νὺξ ὀλοὴ τέταται* || v. 1107 *κατάχαρμα μὲν ἐχθροῖς*: Il. 3, 51 *δυσμενέσιν μὲν χάρμα* || v. 1115 *πενίην μοι ὀνείδισας*: Il. 9, 34 *ἀλκὴν μέν μοι πρῶτον ὀνείδισας* || v. 1179 *θεοὺς αἰδοῦ καὶ δείδιθι*: Il. 24, 435 *τὸν . . . δείδοικα καὶ αἰδέομαι.*

4. Versuum partes ex Homero vel Hesiodo haustae, quae apud Theognidem in pentametro inveniuntur [2]):

a) in altera pentametri parte:

v. 8 *Δῆλον ἀπειρεσίην*: Il. 20, 58 *γαῖαν ἀπειρεσίην.**

v. 10 et 106 *πόντον ἁλὸς πολιῆς*: Il. 21, 59 *πόντος ἁλὸς πολιῆς.**

v. 12 *ἔπλεε νηυσὶ θοαῖς*: Il. 9, 332 *παρὰ νηυσὶ θοῇσιν* in fine hexametri.

v. 18 *παῖς ἔτ' ἐών*: Od. 18, 216.*

v. 58 *τίς κεν ταῦτ' ἀνέχοιτ' ἐσορῶν*: Od. 16, 277 *σὺ δ' εἰσορόων ἀνέχεσθαι* in fine hex.

v. 72 *Κύρν', ὁδὸν ἐκτελέσαι*: Od. 10, 41 *ὁδὸν ἐκτελέσαντες* in fine hex.

---

[1]) De collocatione horum verborum apud Homerum cfr. Eberhard, sprachliche und metrische beobachtungen zu homerischen hymnen II, p. 2 et p. 5.

[2]) Asterisco notavi vocabula quae apud Homerum vel Hesiodum in initio versus leguntur.

v. 122 *ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχῃ*: Il. 17, 111 *ἐν φρεσὶν ἄλκιμον ἦτορ* in fine hex.

v. 192 *μίσγεται ἐσθλὰ κακοῖς*: Hes. erg. 179 *μεμίξεται ἐσθλὰ κακοῖσιν* in fine hex.

v. 208 *κῆρα φέρων*: Il. 2, 352 *κῆρα φέροντες* in fine hex.

v. 244 *εἰς Ἀΐδαο δόμους*: Od. 10, 175. 491. 564. 14, 208.*

v. 248 *πόντον ἐπ᾽ ἀτρύγετον*: Od. 2, 370. 7, 79. 13, 419.* cfr. Hes. theog. 241. 696. 737. 808.*

v. 252 *γῆ τε καὶ ἠέλιος*: Il. 19, 259.* cfr. Il. 3, 104.*

v. 340 *μοῖρα κίχοι θανάτου*: Il. 9, 416 *τέλος θανάτοιο κιχείη* in fine hex.

v. 400 *μῆνιν ἀλευάμενος*: Il. 5, 444. 16, 711.*

v. 426 *αὐγὰς ὀξέος ἠελίου*: h. Ap. P. 196 *ὀξέος Ἠελίοιο* in fine hex.

v. 648 *γαῖαν ἐπιστρέφεται*: Hes. theog. 753.*

v. 672 *νύκτα διὰ δνοφερήν*: Od. 15, 50.* cfr. Hes. theog. 107 *νυκτός τε δνοφερῆς*.*

v. 700 *οὐδὲν ἄρ᾽ ἦν ὄφελος*: Il. 22, 513 *οὐδέν σοί γ᾽ ὄφελος*.*

v. 702 *Σισύφου Αἰολίδεω*: Il. 6, 154 *Σίσυφος Αἰολίδης*.*

v. 704 *αἱμυλίοισι λόγοις*: Od. 1, 56 et h. Merc. 317 *αἱμυλίοισι λόγοισιν* in fine hex. — Hes. theog. 890.*

v. 714 *Νέστορος ἀντιθέου*: Od. 11, 512 *Νέστωρ τ᾽ ἀντίθεος*.*

v. 726 *ἔρχεται εἰς Ἀΐδεω*: Od. 10, 512 *αὐτὸς δ᾽ εἰς Ἀΐδεω*.*

v. 728 *γῆρας ἐπερχόμενον*: Il. 1, 535 *μεῖναι ἐπερχόμενον*.*

v. 776 *λαοὶ ἐν εὐφροσύνῃ*: Od. 10, 465 *θυμὸς ἐν εὐφροσύνῃ*.*

v. 808 *πίονος ἐξ ἀδύτου*: Il. 5, 512 *πίονος ἐξ ἀδύτοιο* in f. hex.

v. 814 *ὅντιν᾽ ἔχουσι νόον*: Il. 22, 382 *νόον ὅντιν᾽ ἔχουσιν* in fine hex.

v. 834 *Κύρνε, θεῶν μακάρων*: Il. 1, 339 *πρός τε θεῶν μακάρων*.* cfr. Od. 8, 281. 9, 276.*

v. 870 *ἀνθρώπων δεῖμα χαμαιγενέων*: Hes. theog. 879 et h. Ven. 108 et h. Cer. 353 *χαμαιγενέων ἀνθρώπων* in f. hex.

v. 950 *αἵματος οὐκ ἔπιον*: Od. 11, 96 *αἵματος ὄφρα πίω*.*

v. 1036 *Τάρταρος ἠερόεις*: Il. 8, 13 *Τάρταρον ἠερόεντα* in f. hex.

v. 1124 *ἤλυθεν ἐξαναδύς*: Od. 5, 438 *κύματος ἐξαναδύς*.*

v. 1126 *κουριδίης ἀλόχου*: Il. 1, 114.* cfr. Il. 7, 392. 19, 298.*

v. 1206 *δάκρυα θερμὰ βάλοι*: Od. 4, 523 *δάκρυα θερμὰ χέοντ᾽*.*

b) in priore pentametri parte:

v. 22 ὧδε δὲ πᾶς τις ἐρεῖ: Il. 4, 176 καί κέ τις ὧδ' ἐρέει.*
v. 624 παντοῖαι δ' ἀρεταί: Od. 18, 205 παντοίην ἀρετήν.*
v. 660 θεοὶ γάρ τε[1]) νεμεσῶσ': Hes. erg. 741 τῷ δὲ θεοὶ νεμεσῶσι.*
v. 712 ἐς φάος ἠελίου: Il. 5, 120 φάος ἠελίοιο in fine hex.
v. 768 γῆράς τ' οὐλόμενον: Hes. theog. 225 γῆράς τ' οὐλόμενον.*
v. 780 ἦ γὰρ ἔγωγε δέδοικ': Il. 13, 744 sq. ἦ γὰρ ἔγωγε | δείδω.
v. 852 μαλθακὰ κωτίλλων: Hes. erg. 374 αἱμύλα κωτίλλουσα.*
v. 974 εἴς τ' Ἔρεβος καταβῇ: Od. 10, 528 εἰς Ἔρεβος στρέψας.*
v. 1084 ἔμπεδον αἰὲν ἔχειν: Il. 16, 107 ἔμπεδον αἰὲν ἔχων.*
v. 294 καὶ κρατερόν περ ἐόντ': Il. 15, 195 καὶ κρατερός περ ἐών.*

Certae sententiae certis formulis expressae quae in carminibus Homericis iterum atque iterum occurrunt, partim ab Homero ipso fictae, partim ex poesi epica, quae ante Homerum floruit, translatae sunt.[2]) Atque adeo non solum singuli versus, sed etiam integrae carminis partes certis locis constanter repetuntur. Adde quod multae et certae formulae constanter eadem versus sede reperiuntur et quod saepe certae eorundem verborum formae nisi in certo versus pede non leguntur. A talibus formulis ne elegiacam quidem poesin alienam fuisse exempla ex Theognidis carminibus supra collecta probant. Nam quamquam Theognis rarius eis utitur quam alii poetae elegiaci, tamen non paucae formulae Homericae apud eum cum aliis versuum locis tum in fine hexametrorum inveniuntur; exitus enim potissimum hexametrorum et auribus et memoriae audientium infixae remanebant. Sed delectum formularum habent poetae elegiaci. Nam apud Homerum ipsi fines versuum multa continent, quae fere obsoletam antiquitatem eius quae Homericam praecessit poesis epicae

---

1) Vitium subesse apparet. Fortasse cum Hermanno τοι pro τε scribendum est.

2) Vid. Bergk, geschichte der griech. literatur I, p. 836.

redoleant: in multis formulis verba prisca et recondita occurrunt, quibus poetae elegiaci omnino abstinuerunt.[1])

Videamus nunc, qua fide utatur Theognis formulis Homericis. Multas enim integras carminibus suis inseruit, alias plus minusve immutavit. Nonnullas amplificavit epitheto addito:

Hom. Il. 22, 482 ὑπὸ κεύθεσι γαίης
Theogn. 243 δνοφερῆς ὑπὸ κεύθεσι γαίης.

Hoc loco fere totum distichon ex uno Homeri hexametro duobus epithetis additis prodiit:

Hom. Il. 22, 482 sq. νῦν δὲ σὺ μὲν Ἀΐδαο δόμους ὑπὸ κεύθεσι γαίης ἔρχεαι·
Theogn. 243 sq. . . . καὶ ὅταν δνοφερῆς ὑπὸ κεύθεσι γαίης βῇς πολυκωκύτους εἰς Ἀΐδαο δόμους.

Il. 21, 59 πόντος ἁλὸς πολιῆς
Theogn. 10 βαθὺς πόντος ἁλὸς πολιῆς.

[1]) Ceterum multae et certae loquendi formulae cum tanquam ad sollemnem artis poeticae apparatum pertineant, et apud Homerum ceterosque epicos et apud poetas elegiacos, lyricos, tragicos leguntur. Velut, ut e multis exemplis duo afferam, non raro pro „vivere“ dicebant ὁρᾶν φάος ἠελίοιο vel αὐγὰς ἠελίοιο et poetae epici et lyrici et tragici:

Il. 18, 61 ὄφρα δέ μοι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο
Od. 4, 540 ἤθελ' ἔτι ζώειν καὶ ὁρᾶν φάος ἠελίοιο
Theogn. 1143 ἀλλ' ὄφρα τις ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο
Sappho 69, 1 οὐδ' ἴαν δοκίμοιμι προσίδοισαν φάος ἀλίω
Aeschyl. Pers. 299 Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῇ τε καὶ φάος βλέπει.
Sophocl. Phil. 663 ὅς γ' ἡλίου τόδ' εἰσορᾶν ἐμοὶ φάος κτλ.
Od. 2, 181 ὄρνιθες δέ τε πολλοὶ ὑπ' αὐγὰς ἠελίοιο | φοιτῶσ'
Theogn. 426 μηδ' ἐσιδεῖν αὐγὰς ὀξέος ἠελίου*)
Eur. Alc. 666 sq. εἰ δ' ἄλλου τυχὼν σωτῆρος αὐγὰς εἰσορῶ
ib. 868 οὔτε γὰρ αὐγὰς χαίρω προσορῶν.

Similiter pro „mori“ dicebant λείπειν φάος ἠελίοιο et poetae epici et elegiaci et iambographi:

Il. 18, 11 χερσὶν ὕπο Τρώων λείψειν φάος ἠελίοιο
Hes. erg. 155 λαμπρὸν δ' ἔλιπον φάος ἠελίοιο
h. Ven. 272 τῶν δέ θ' ὁμοῦ ψυχὴ λείπει φάος ἠελίοιο
Praxill. 2, 1 κάλλιστον μὲν ἐγὼ λείπω φάος ἠελίοιο
Theogn. (Mimn.?) 569 ἄφθογγος, λείψω δ' ἐρατὸν φάος ἠελίοιο
Sim. Am. 1, 19 καὐτάγρετοι λείπουσιν ἡλίου φάος.

*) cfr. Bacchyl. 2, 1 sq., qui imitatur Theognidis versus 425—28.

Nonnusquam aliud epitheton in formula apud Theognidem invenimus atque Homerus in eadem formula praebet:

cfr. Il. 3, 65. 20, 265 *θεῶν ἐρικυδέα δῶρα*
et Theogn. 1033 *θεῶν δ᾽ εἱμαρμένα δῶρα*[1])
cfr. Il. 20, 31 *πόλεμον δ᾽ ἀλίαστον ἐγείρει*
et Theogn. 549 *πόλεμον πολύδακρυν ἐγείρει*

ἐρικυδής et *ἀλίαστος* vocabula cum Theognidis aetate obsoleta neque ad elegiae genus dicendi apta essent, postea demum a doctis poetis repetita sunt.[2])

Multa alia exempla afferri possunt, sed haec sufficiant.

E contrario in formulis ex Homero petitis formae occurrunt, quibus Theognis alias non utitur. Velut genetivi formae in *αο* a nominibus in *α* declinatae apud Theognidem nisi in formulis ex Homero petitis non leguntur: cfr. v. 244 *εἰς Ἀΐδαο δόμους* et v. 427 *πύλας Ἀΐδαο περῆσαι*. Idem *ἐνὶ* forma pro *ἐν* nisi in Homericis formulis non utitur: cfr. v. 99 *ἐνὶ θυμῷ*, v. 121 *νόος . . . ἐνὶ στήθεσσι*, v. 899 *ἐντὸς ἐνὶ στήθεσσι*, alias constanter *ἐν*. etc.

Formulas Homericas in pentametro rarius inveniri quam in hexametro ex exemplis supra congestis intellegi potest. Eae autem formulae, quibus aut prior aut — quod saepius fieri solet — altera pentametri pars expletur, saepissime apud Homerum vel Hesiodum in initio eorum hexametrorum inveniuntur, qui caesura *πενθημιμερεῖ* in duas partes dividuntur. Velut Hom. Od. 2, 370 *πόντον ἐπ᾽ ἀτρύγετον* in initio versus positum, apud Theognidem v. 248 in altera pentametri parte legimus; cfr. Theogn. v. 1126 *κουριδίης ἀλόχου* cum Il. 1, 114, ubi eadem formula in initio versus occurrit; etc. Duobus locis (v. 814 et 1016) e fine hexametri *νόον ὅντιν᾽ ἔχουσι* (Il. 22, 382), mutata verborum collocatione pentametri exitus fit: *ὅντιν᾽ ἔχουσι νόον*.

Saepius Theognis formulis, quae apud Homerum in fine

---

[1]) Nam certe Theognis in vss. 1033 sq. componendis Homerum imitatus est: cfr. Theogn. 1033 sq. *θεῶν δ᾽ εἱμαρμένα δῶρα οὐκ ἂν ῥηϊδίως θνητὸς ἀνὴρ προφύγοι* et Hom. Il. 20, 265 *ὡς οὐ ῥηΐδι᾽ ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα ἀνδράσι γε θνητοῖσι δαμήμεναι οὐδ᾽ ὑποείκειν.* [2]) cfr. Theocr. 17, 108. Apoll. Rh. 1, 1326. 2, 649.

hexametri inveniuntur, in pentametro ita utitur, ut terminationes tantum verborum mutentur:

πίονος ἐξ ἀδύτοιο apud Homerum (Il. 5, 512) in fine hexametri legitur, apud Theognidem (v. 808) in altera pentametri parte, pleniore et vetustiore terminatione *οιο* in *ου* mutata: *πίονος ἐξ ἀδύτου* ‖ cfr. Od. 1, 56 in fine hexametri *αἱμυλίοισι λόγοισι*: Theogn. 704 *αἱμυλίοισι λόγοις* ‖ Il. 9, 332 in fine hexametri *νηυσὶ θοῇσιν*: Theogn. 12 *νηυσὶ θοαῖς*. Ex his exemplis apparet, quomodo pleniores et vetustiores formae in *οιο, οισι, ησι* pentametri metro coerceantur atque minuantur.[1]) Postquam autem accuratius de hac re quaesivi, haec inveni. Legitur apud Theognidem:

οιο	terminatio	in	hexametro 7ies
οιο	„	„	pentametro 1[2])
οισι	„	„	hexametro 80
οισι	„	„	pentametro 19[3])
ησι	„	„	hexametro 6
ησι	„	„	pentametro 2[4])

Apud reliquos poetas elegiacos (Call. Archil. Tyrt. Mimn. Sol. Xenoph. Anacr. Simon. C.) haec inveni: Legitur

οιο	terminatio	in	hexametro 19ies
οιο	„	„	pentametro 1[5])
οισι	„	„	hexametro 44
οισι	„	„	pentametro 12[6])
ησι	„	„	hexametro 5
ησι	„	„	pentametro 0

[1]) cfr. Renner in Georgii Curtius „Studien“ I p. 206. — cfr. etiam Wecklein, curae epigraphicae, p. 1 sqq.

[2]) in altera pentametri parte, ubi spondeis locus non est.

[3]) decies sexies in altera pentametri parte, ter in priore parte.

[4]) in altera pentametri parte.

[5]) in altera pentametri parte.

[6]) sexies in priore, sexies in altera pentametri parte.

III.

De epithetis.

1. De epithetis nominum propriorum.

a) Haec epitheta nominum propriorum et apud Homerum vel Hesiodum et apud Theognidem eisdem personis tribuuntur [1]):

v. 1 ὦ ἄνα Apollo invocatur: h. Ap. Pyth. 1 et 348.* Apud Homerum quoque Apollo saepissime ἄναξ appellatur. — Λητοῦς υἱέ: cfr. h. Ap. Del. 4 Λητοῦς ἐρικυδέος υἱός in extremo hexametro, et Il. 1, 9 Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός in initio versus. — Διὸς τέκος: Il. 21, 229.*

v. 5 et 773 Φοῖβε ἄναξ: h. Ap. Pyth. 79.* — πότνια Λητώ: h. Ap. Del. 12.*

v. 11 θύγατερ Διὸς Artemis invocatur: Od. 20, 61.*

v. 15 κοῦραι Διός Musae et Charites invocantur; [2]) de Musis eadem vocabula adhibuit Homerus Il. 2, 598;* de Charitibus Sappho 65: Χάριτες . . . . Διὸς κόραι. Musae et Charites coniunctae, ut nostro loco, primum nominantur h. 27, 15 Μουσέων καὶ Χαρίτων.*

v. 285 Ζῆν᾽ . . . . βασιλῆα μέγιστον et v. 1120 Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεύς. Memoria haud indignum videtur esse, quod Ζεύς nominatur βασιλεύς primum apud Hesiodum (erg. 668): ἢ Ζεὺς ἀθανάτων βασιλεύς, nusquam apud Homerum, idem μέγιστος saepius apud Homerum (Il. 2, 412. 3, 276. 298. 320 etc.)

v. 702 Σισύφου Αἰολίδεω: Il 6, 154 Σίσυφος Αἰολίδης.

v. 714 Νέστορος ἀντιθέου: Od. 11, 512 Νέστωρ τ᾽ ἀντίθεος.

v. 757 (Ζεὺς) . . . . αἰθέρι ναίων: Il. 4, 166.* Od. 15, 523.* Il. 2, 412. Hes. erg. 18.

v. 804 Ζεὺς Κρονίδης: Il. 11, 289.* Hes. erg. 138.*

v. 851 et 341 Ὀλύμπιε de Iove: Il. 1, 508.*

---

[1]) Asterisco notavi ea vocabula, quae et apud Homerum vel Hesiodum et apud Theognidem eadem versus sede leguntur.

[2]) cfr. ad hunc locum Deiters, über die verehrung der Musen bei den Griechen p. 30 et 35.

v. 1036 *Τάρταρος ἠερόεις*: Il. 8, 13 *Τάρταρον ἠερόεντα* in extremo hexametro.

v. 1087 *ἐν Λακεδαίμονι δίῃ.* In Odyssea ter in fine (Od. 4, 702. 5, 20. 17, 121),* ter in initio hexametri (Od. 3, 326. 4, 313. 13, 440) *ἐς Λακεδαίμονα δῖαν.* In Iliade *Λακεδαίμων* coniuncta cum epithetis *ἐρατεινή, εὐρύχορος, κοίλη, κητώεσσα.*

v. 1120 *Λητοίδης* vel potius *Λητοΐδης* de Apolline: h. Merc. 253 et 261 *Λητοΐδης.**

b) Nominum propriorum epitheta Theognidea, quae apud Homerum vel Hesiodum aut aliis nominibus propriis vel appellativis tribuuntur aut omnino non inveniuntur[1]):

v. 8 *Δῆλος ἀπειρεσίη.* *Δῆλος* apud Homerum (Od. 6, 162) epitheto caret. Hom. Il. 20, 58 *γαῖαν ἀπειρεσίην.* In hymnis *Δῆλος* nominatur *κραναή* (h. Ap. Del. 16), *ἀμφιρύτη* (ib. 27), *περικλύστη* (h. Ap. Pyth. 3).

v. 11 *Ἄρτεμι θηροφόνη.** *θηροφόνος* adiectivum, quamvis hic primum legatur, ex antiquis hymnis receptum esse verisimile fit ex loco Aristophaneo (Thesm. 320), ubi in cantico, quo Aristophanes antiquos hymnos videtur imitatus esse, Artemis *πολυώνυμε θηροφόνη* invocatur. Apud Homerum Artemis *πότνια θηρῶν, ἀγροτέρη, ἰοχέαιρα* appellatur; in hymn. 27, 10 *θηρῶν ὀλέκουσα γενέθλην.*

v. 250 *Μουσάων . . . ἰοστεφάνων.** cfr. h. 6, 18 *ἰοστεφάνου Κυθερείης*; Sol. 19, 4 *Κύπρις ἰοστέφανος.* De Musis etiam Simon. C. 148, 12 *ἰοστεφάνων θεᾶν ἕκατι Μοισᾶν.*

v. 542 *Κενταύρους ὠμοφάγους.* Centauri apud Homerum (Il. 1, 268) *φῆρες ὀρεσκῷοι* et (Il. 2, 743) *φῆρες λαχνήεντες* nominantur. cfr. Hes. frgmt. 110, 5: *αἶψ' ὑπὸ Κενταύροισιν ὀρεσκῴοισι δαμείη.* *ὠμοφάγος* apud Homerum de feris, apud Theognidem de Centauris usurpatur, qui ferarum more in montibus et

---

[1]) Asterisco notavi vocabula, quae apud Homerum et Hesiodum non leguntur.

silvis habitant, quibus in Odyssea (21, 303) *ἄνδρες* opponuntur.[1]) Etiam Thucydides (3, 94) gentes feras incultasque *ὠμοφάγους* appellat.

v. 711 *Σίσυφος ἥρως*. *ἥρως* apud Homerum multorum virorum fortium nominibus adicitur. *Σίσυφος* in Iliade *κέρδιστος* et *Αἰολίδης* (cfr. Theogn. 702) nominatur.

v. 715 *ποδὰς ταχέων Ἁρπυιῶν*. *Ἁρπυιῶν* ter mentio fit in Odyssea (1, 241. 14, 371. 20, 77) verbis *Ἅρπυιαι ἀνηρείψαντο*. Homerus *πόδας ταχὺς* de heroibus dicit: Il. 13, 482 etc.

v. 785 *Εὐρώτα δονακοτρόφου*.* Non dissimiliter Homerus de Asopo flumine *βαθύσχοινος* (Il. 4, 383).

v. 1117 *κάλλιστε καὶ ἱμεροέστατε* Plutus invocatur. *Πλοῦτος* deus apud Hesiodum (theog. 972) *ἐσθλός*, *κάλλιστος* apud eundem (theog. 120) *Ἔρως* nominatur. *ἱμερόεις* epitheton ab Homero personis non tribuitur, sed cfr. Hes. theog. 359 *ἱμερόεσσα Καλυψώ*. Ceterum *Οἰδιποδείας* poeta cyclicus[2]) Haemonem *κάλλιστόν τε καὶ ἱμεροέστατον ἄλλων* nominat.

2. De epithetis nominum appellativorum.

a) Haec epitheta et apud Homerum vel Hesiodum et apud Theognidem eisdem nominibus appellativis tribuuntur[3]):

v. 9 *ὀδμῆς ἀμβροσίης*: h. 7, 36 *ὀδμὴ* | *ἀμβροσίη*. Hom. *χαῖται, πέπλος, νὺξ ἀμβρ.* || *γαῖα πελώρη*: Hes. theog. 159. 173. 858.* Hom. *δράκων, Κύκλωψ πέλωρος*; forma *πελώρη* non legitur apud Homerum | v. 10 *ἁλὸς πολιῆς*: Il. 21, 59. De collocatione huius formulae apud Homerum vid. p. 15. v. 12 *νηυσὶ θοαῖς*: Il. 9, 332 cfr. p. 15 || v. 13 et 767 *κακὰς . . κῆρας*: Il. 12, 113.* || v. 31 *κακοῖσι . . . ἀνδράσιν*. De vi morali et civili vocis *κακοῦ* vid. Welcker, Theognidis reliquiae p. XXIX sq., ubi exempla ex Homeri carminibus collata sunt |

---

[1]) cfr. Heigelin in Paulyi realencyklopädie II, p. 257.

[2]) Editionis Dindorfianae p. 587.

[3]) Asterisco notavi vocabula quae apud Homerum vel Hesiodum eadem, qua apud Theognidem versus sede leguntur.

v. 40 *κακῆς ὕβριος*: Hes. erg. 238 *ὕβρις . . . κακή* || v. 45 *ἀγαθοὶ . . . . ἄνδρες*: cfr. Welcker, l. c. p. XXII sq. || v. 64 *χρῆμα . . . | σπουδαῖον*: h. Merc. 332 *σπουδαῖον* τόδε χρῆμα* || v. 65 *ὀϊζυρῶν . . . ἀνδρῶν*: Od. 5, 105 *ἄνδρα . . . ὀϊζυρώτατον** || v. 75 *μεγάλ' . . . ἔργ'*: Od. 3, 261 *μέγα . . . ἔργον* || v. 79 *ἑταίρους | πιστούς* cfr. p. 9 || v. 81 et 765 *ὁμόφρονα θυμόν*: Il. 22, 263* || v. 102 *δειλὸς ἀνήρ*, cfr. Welcker, l. c. p. XXX[1]) || v. 103 *χαλεποῖο πόνοιο*: Od. 23, 249 sq. *πόνος . . . | . . . χαλεπός* || v. 107 *βαθὺ λήϊον*: Il. 2, 147* || v. 155 *πενίην θυμοφθόρον*: Hes. erg. 717, quem locum Theognis imitatus est (vid. infra p. 39). Hom. *θυμοφθόρα* φάρμακα, θυμ. ἄχος* || v. 176 *πετρέων . . . . ἠλιβάτων*: Il. 16, 35 *πέτραι δ' ἠλίβατοι* || v. 179 *εὐρέα νῶτα θαλάσσης*: Il. 2, 159* || v. 195 *κρατερὴ . . . ἀνάγκη* et v. 387 *κρατερῆς . . . ἀνάγκης*: Hes. theog. 517.* cfr. Il. 6, 458 *κρατερὴ δ' ἐπικείσετ' ἀνάγκη* || v. 209 et 529 *πιστὸς ἑταῖρος*: Il. 15, 437* || v. 237 *ἀπείρονα πόντον*: Il. 1, 350* || v. 241 *νέοι ἄνδρες*: Od. 17, 294* || v. 243 *δνοφερῆς . . . γαίης*: Hes. theog. 736 *γῆς δνοφερῆς*. Hom. *δνοφερὴ νύξ, δν. ὕδωρ* || v. 248 *ἰχθυόεντα . . . πόντον*: Il. 9, 4 *πόντον . . . . ἰχθυόεντα* || v. 248 *πόντον . . . ἀτρύγετον*: Od. 2, 370 *πόντον . . ἀτρύγετον*. cfr. p. 12 || v. 250 *ἀγλαὰ . . . δῶρα*: Il. 24, 534 *ἀγλαὰ δῶρα* in extremo hexametro || v. 330 *ἰθείῃ . . . δίκῃ*: Hes. theog. 86 *ἰθείῃσι δίκῃσιν*. cfr. etiam Hom. Il. 23, 579 sq. || v. 348 *χειμάρρῳ ποταμῷ*: Il. 4, 452 *χείμαρροι ποταμοί* || v. 349 *μέλαν αἷμα*: Od. 3, 455* || v. 361. 872. 900 *μέγα πῆμα*: Il. 3, 50 || v. 414 *δεινὸν ἔπος*: Od. 8, 408 sq. *ἔπος . . . . | δεινόν* || v. 426 *ὀξέος ἠελίου*: h. Ap. P. 196 *ὀξέος Ἠελίοιο* || v. 429 *φρένας ἐσθλάς*: Il. 17, 470* || v. 448 *λευκὸν ὕδωρ*: Il. 23, 282 *ὕδατι λευκῷ* || v. 457 *γυνὴ νέα*: Il. 2, 232 *γυναῖκα νέην* || v. 545 *αἰθομένοις ἱεροῖσιν*: Il. 11, 775* || v. 549 *πόλεμον πολύδακρυν*: Il. 3, 165* || v. 555 *χαλεποῖσιν . . . ἄλγεσιν*: Il. 5, 384 *χαλέπ' ἄλγε'* || v. 556 *θεῶν ἀθανάτων*, cfr. Ebelingii lex. Hom. p. 35: *ἀθάνατος* apud Homerum „postponitur rarius substantivo et a principio quidem ut videtur plerumque ita.

---

[1]) cfr. etiam Thiersch, Act. Mon. III, p. 405.

ut versu separetur." De Hesiodo eadem valent. Sed in h. Ven. v. 190 legitur θεαῖς εὐνάζεται ἀθανάτῃσιν || v. 571 κακὸν μέγα: Il. 11, 404 μέγα . . . κακόν || v. 591 et 1221 θνητοῖσι βροτοῖσιν: Hes. theog. 903 (κατα)θνητοῖσι βροτοῖσιν* || v. 604 ἱερὴν . . . πόλιν: Il. 1, 366 ἱερὴν πόλιν || v. 621 πλούσιον ἄνδρα: Hes. erg. 21 ἕτερον (sc. ἄνδρα) | πλούσιον || v. 624 παντοῖαι ἀρεταί: Od. 18, 205 παντοίην ἀρετήν* || v. 653 θεοῖς ἀθανάτοισιν: vid. supra ad v. 556 | v. 704 αἱμυλίοισι λόγοις: Od. 1, 56 cfr. supra p. 16 || v. 707 μέλαν νέφος: Il. 16, 350* || v. 759 μάκαρες θεοί: Il. 20, 54* v. 768 γῆρας . . . οὐλόμενον: Hes. theog. 225 γῆρας . . . οὐλόμενον* || v. 773 πόλιν ἄκρην: Il. 6, 88* || v. 777 κλειτὰς . . . ἑκατόμβας: Il. 4, 102. Non separantur haec vocabula apud Homerum et Hesiodum || v. 808 πίονος . . ἀδύτου: Il. 5, 512 cfr. p. 16 || v. 834 θεῶν μακάρων: Il. 1, 339 || v. 837 δειλοῖσι βροτοῖσιν: cfr. p. 10 || v. 869 μέγας οὐρανός: Il. 1, 497* || οὐρανὸς . . . | χάλκεος: Il. 17, 425 χάλκεον* οὐρανόν || v. 870 ἀνθρώπων . . . χαμαιγενέων: Hes. theog. 879 χαμαιγενέων ἀνθρώπων in extremo hexametro || v. 886 κακοῦ . . . . πολέμου: Il. 1, 284 πολέμοιο κακοῖο || v. 888 πατρῴας γῆς: Od. 13, 188 γαίῃ πατρωΐῃ || v. 889 ὠκυπόδων . . . . | ἵππων: Il. 2, 383 ἵπποισιν . . . . ὠκυπόδεσσιν || v. 890 πόλεμον δακρυόεντ': Il. 5, 737 πόλεμον . . . . δακρυόεντα || v. 897 ἄνδρεσσι καταθνητοῖς: Il. 10, 440 καταθνητοῖσιν . . . | ἄνδρεσσιν || v. 959 κρήνης μελανύδρου: cfr. p. 11 || v. 965 ἐπίκλοπον ἦθος: Hes. erg. 67.78 || v. 1051 βαθείῃ | . . . φρενί: Il. 19, 125 φρένα . . . βαθεῖαν || v. 1081 ἄνδρα | ὑβριστήν: Il. 13, 633 ἄνδρεσσι . . . ὑβριστῇσιν || v. 1088 καλλιρόῳ ποταμῷ: Od. 5, 441 ποταμοῖο . . . καλλιρόοιο || v. 1125 νηλέϊ θυμῷ: Od. 9, 272* | v. 1126 κουριδίης ἀλόχου: Il. 19, 298. cfr. p. 12 || v. 1145 ἀγλαὰ μηρία: Hes. erg. 337* || v. 1185 φαεσιμβρότου ἠελίοιο: Od. 10, 138* || v. 1206 δάκρυα θερμά: Od. 4, 523.

b) Haec epitheta apud Homerum vel Hesiodum aut aliis nominibus appellativis atque apud Theognidem tribuuntur aut omnino non leguntur [1]):

[1]) Asterisco notavi vocabula, quae apud Homerum et Hesiodum non leguntur. — Exempli gratia addidi selecta ac similia substan-

v. 6 *φοίνικος ῥαδινῆς χερσὶν κτλ.* Bergk scribit, sed scribendum esse *ῥαδινῇς χερσὶν* probavit de Leutsch in Philol. XXIX, p. 662 sq. *ῥαδινός* uno loco legitur apud Homerum: Il. 23, 583 *ἱμάσθλην* | . . . . *ῥαδινήν* || v. 7 *τροχοειδέι* λίμνῃ* || v. 10 *βαθὺς πόντος.* (Hom. *βαθὺς Τάρταρος, τάφρος*) | v. 16 *καλὸν* . . . *ἔπος* || v. 18 *ἀθανάτων* . . . *στομάτων.* (Hom. *ἀθάνατοι δόμοι*) || v. 29 *αἰσχροῖσιν* . . . *ἔργμασιν.* (Hom. *αἰσχρὰ ἔπεα*) || v. 34 *μεγάλη δύναμις* || v. 46 *οἰκείων κερδέων* || v. 48 *πολλῇ* . . . *ἡσυχίῃ.* (Hom. *πολὺς ὕπνος* etc.) | v. 50 *δημοσίῳ** . . . *κακῷ*: Sol. 4, 27 *δημόσιον κακόν* || v. 51 *ἔμφυλοι φόνοι.* (Hom. Od. 15, 273 *ἄνδρα* . . . | *ἔμφυλον.* Sol. 4, 19 *στάσιν ἔμφυλον*) || v. 69 *σπουδαῖον* πρῆγμ'*: h. Merc. 332 *σπουδαῖον* . . *χρῆμα* || v. 72 *μακρὴν* . . . *ὁδόν.* Hom. (Il. 15, 357) *κέλευθον* | *μακρήν.* Hes. (erg. 290) *μακρὸς* . . . *οἶμος* || v. 76 *ἀνήκεστον* . . . *ἀνίην.* (Hom. [in Iliade tantum] *ἀνήκεστον ἄλγος, χόλος,* Hesiod. semel [theog. 612] *ἀνήκεστον κακόν*) || v. 77 *πιστὸς ἀνήρ.* (Hom. *πιστὸς ἑταῖρος*) || v. 78 *χαλεπῇ* . . . *διχοστασίῃ* || v. 80 *χαλεποῖς πρήγμασι* || v. 85 *αἰσχρὸν χρῆμ'* || v. 88 *πιστὸς* . . . *νόος* || v. 89 *καθαρὸν* . . . *νόον* || v. 105 *ματαιοτάτη χάρις* || v. 109 *ἄπληστον** . . . *νόον* || v. 114 *κακὸν λιμένα* || v. 117 *κιβδήλου* ἀνδρός* || v. 119 *χρυσοῦ κιβδήλοιο** || v. 122 *δόλιον* . . . *ἦτορ* . *δόλιος* epitheton coniunctum apud Homerum cum *ἔπη* et *τέχνη*, apud Hesiodum cum *τέχνη* || v. 132 *ὁσίη* . . . *δίκη* || v. 140 *χαλεπῆς* . . . *ἀμηχανίης*; *ἀμ.* apud Homerum et Hesiodum epitheto caret || v. 149 *παγκάκῳ ἀνδρί.* (Hes. erg. 813 *πάγκακον ἦμαρ*). cfr. Bergk, PL. frgmt. adesp. 4 *ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔμμορε τιμῆς.*[1]) || v. 156 *ἀχρημοσύνην οὐλομένην; ἀχρημοσύνη* apud Homerum (Od. 17, 502) epitheto caret. Hes. erg. 717 *οὐλομένην πενίην.* | v. 161 *δειλαῖς φρεσί.* (Hom. Od. 14, 421 *φρεσί* . . . *ἀγαθῇσιν*) . *δαίμονι* . . . *ἐσθλῷ* (Hom. Od. 10, 64 *κακὸς* . . . *δαίμων*). || v. 163 *δαίμονι δειλῷ.* || *βουλῇ* . . *ἀγαθῇ* (Hom.

tiva Homerica et Hesiodea, quibuscum ea de quibus agitur epitheta coniuncta occurrunt.

[1]) Quem ad versum Bergk: „versus haud dubie antiqui poetae.“ Fortasse hic versus ipsi Theognidi tribuendus est:

Il. 2, 55 *πυκινὴν . . . βουλήν.* Hes. frgmt. 110, 1 *ἀρίστη βουλή*) || v. 174 *γήρως πολίου.* (Hom. *πολιὸν γένειον, κεφαλή*) Simon. C. 116, 4 *πολιῷ γήραϊ.* || v. 175 *βαθυκήτεα* πόντον.* (Hom. *μεγακήτεα πόντον*). || v. 180 *χαλεπῆς . . . πενίης . πενίη* apud Homerum (Od. 14, 157) epitheto caret, apud Hesiodum (erg. 717) *οὐλομένη* et *θυμοφθόρος πενίη.* || v. 183 *ἵππους* | *εὐγενέας.* Apud Homerum ubique formá *εὐηγενὴς* legitur, nec bestiis hoc epitheton attribuitur. || v. 186 *ἐσθλὸς ἀνήρ* cfr. Welcker l. c. XXI sq. || v. 213 *ποικίλον ἦθος* (Hes. *ἐπίκλοπον ἦθος*). || v. 215 *πουλύπου . . . πολυπλόκου* . πουλύπους* apud Homerum (Od. 5, 432) epitheto caret. || v. 222 *ποικίλα δήνε᾽* (Hom. *ἤπια, ὀλοφώϊα δήνεα*). || v. 223 *νόου . . . ἐσθλοῦ.* || v. 226 *δολοπλοκίαι . . . ἄπιστοι* (cfr. Bergk, PL p. 501: „videtur hic vitium delitescere"). || v. 233 *κενεόφρονι* δήμῳ.* || v. 241 *αὐλίσκοισι λιγυφθόγγοις* (Hom. *κήρυκες λιγύφθογγοι*). || v. 244 *πολυκωκύτους* . . . δόμους.* || v. 246 *ἄφθιτον . . . . ὄνομα* (Hom. *ἄφθιτον κλέος*). || v. 257 *ἵππος . . . καλὴ . . . ἀεθλίη.* || v. 260 *κακὸν ἡνίοχον.* || v. 287 *πόλει . . . . κακοψόγῳ.** Bergk coniecit *φιλοψόγῳ*, alii alia. vid. PL p. 504. || v. 290 *ἐκτραπέλοισι* νόμοις.* Bergk coniecit *εὐτραπέλοισι νόμοις.* vid. PL p. 505. || v. 295 *κωτίλῳ* ἀνθρώπῳ.* || v. 302 *γείτοσι . . . . ἀγχιθύροις.** || v. 303 *ἀγαθὸν βίον.* | v. 307 *ἔργα δείλ᾽* || *ἔπη δύσφημα* (Hes. erg. 735 *δυσφήμοιο τάφου*) || v. 324 *χαλεπῇ . . διαιβολίῃ.* || v. 341 *καίριον εὐχήν.* v. 343 *κακῶν . . . μεριμνέων* (Hes. erg. 178 *χαλεπὰς . . . μερίμνας*). || v. 354 *δυστήνου . . . βίου.* || v. 383 *ὄλβον . . . ἀπήμονα* (Hom. *ὕπνος* etc. cfr. Ebeling. lex. Hom. I p. 147) | v. 399 *ὀλεσήνορας* ὅρκους.* || v. 404 *μεγάλην ἀμπλακίην.* || v. 421 *θύραι . . ἁρμόδιαι.** || v. 433 *ἀτηρὰς* φρένας.* || v. 434 *μισθοὺς . . . μεγάλους.* || v. 437 *μύθοισι σαόφροσι.* || v. 447 *κεφαλῆς . . . ἄκρης.* || v. 449 *ἄπεφθον** | *χρυσόν.* || v. 451 *μέλας . . . ἰός.* || v. 452 *ἄνθος*

---

cfr. v. 149 *χρήματα μὲν δαίμων καὶ παγκάκῳ ἀνδρὶ δίδωσιν.*

v. 233 sq. *ἀκρόπολις καὶ πύργος ἐὼν κενεόφρονι δήμῳ*
Κύρν᾽ ὀλίγης τιμῆς ἔμμορεν ἐσθλὸς ἀνήρ

v. 77 sq. *πιστὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι*
ἄξιος ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχοστασίῃ.

v. 666 . . . *καὶ τιμῆς καὶ κακὸς ὢν ἔλαχεν.*

καθαρόν || v. 461 ἀπρήκτοισι .... | χρήμασι. || v. 464 χαλεπῷ .. ἔργματι. || v. 546 αἰσχρὸν ὄνειδος. || v. 549 ἄγγελος ἄφθογγος.* v. 550 τηλαυγέος* ... σκοπιῆς (h. 31, 13 τηλαυγὲς πρόσωπον) || v. 551 ἵπποις ... ταχυπτέρνοισι.* (Hom. ὠκύπους, ὠκυπέτης ἵππος). || v. 552 δήων ... ἀνδρῶν. || v. 576 χοιράδας εἰναλίας (Hom. κῆτος, κορώνη εἰναλίη). || v. 581 γυναῖκα περίδρομον. cfr. Phoc. 3, 4. || v. 581 ἄνδρα ... μάργον. || v. 594 τέλος ἄκρον. || v. 602 ψυχρὸν .. ποικίλον .. ὄφιν (Hom. αἰόλον ὄφιν). || v. 607 μικρὴ χάρις || v. 608 αἰσχρὸν ... κέρδος. | v. 615 μέτριον ἄνδρα. || v. 623 παντοῖαι κακότητες. (Hom. παντοίην ἀρετήν). || v. 632 μεγάλαις .... ἀμηχανίαις. || v. 634 λάβρος ἀνήρ. || v. 638 χαλεποὶ δαίμονες. || v. 649 δειλὴ πενίη. || v. 656 κῆδος ἐφημέριον (Hom. ἐφημέρια φρονεῖν) || v. 662 πενιχρὸς ἀνήρ. || v. 691 μεγάλου ... πόντου. || v. 708 σκιερὸς χῶρος (Hom. ἀτερπὴς χῶρος . σκιερὸν ἄλσος, νέμος). || v. 709 κυανέας ... πύλας (Hes. theog. 811 μαρμάρεαι πύλαι de foribus Hadis. cfr. Sapph. 119, 2 Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος). v. 714 γλῶσσαν ... ἀγαθήν. || v. 754 σώφρονα θυμόν. || v. 756 μύθῳ σώφρονι. || v. 761 ἱερὸν μέλος. || v. 775 στρατὸν ὑβριστήν (Hom. ἀνὴρ ὑβριστής). || v. 781 στάσιν λαοφθόρον.* ; v. 784 ἀμπελόεν πεδίον. (ἀμπελόεις apud Homerum epitheton terrarum et oppidorum). || v. 811 θανάτου ... ἀεικέος (Hom. ἀεικὲς ἔργον, πότμος). || v. 819 πολυάρητον* κακόν; de eis quae viri docti coniecerunt vid. Bergk PL p. 536. || v. 838 δίψα ... λυσιμελής (Hom. ὕπνος λυσιμελής). || v. 838 μέθυσις χαλεπή. v. 847 κέντρῳ | ὀξέϊ. || v. 848 ζεύγλην δύσλοφον. || v. 849 δῆμον φιλοδέσποτον.* || v. 887 κήρυκος ... μακρὰ βοῶντος. (Hom. κήρυξ λιγύφθογγος. Apud Homerum heroes μακρὰ βοῶσιν). || v. 966 θυμὸν ἐφημέριον. || v. 1024 αὐχένα ... | δύσλοφον. || v. 1035 πορφυρέης ... λίμνης. (Hom. πορφυρέη ἅλς, κῦμα). || v. 1074 μεγάλης ἀρετῆς. || v. 1082 χαλεπῆς ... στάσιος. || v. 1124 μέγα δῶμ'. || v. 1130 ἀνδρῶν ἐχθρῶν. | v. 1137 μεγάλη θεός. || v. 1141 εὐσεβέων ἀνδρῶν. || v. 1147 σκολιὸν λόγον. || v. 1150 κακοῖς ἔργοις. || v. 1168 δειλὰ ... ἔπη. || v. 1170 μεγάλους ... ἀθανάτους. || v. 1174 ὕβριος οὐλομένης. || v. 1174 λευγαλέου ... κόρου. || v. 1181 δημοφάγον* ... τύραννον. || v. 1187 βαρεῖαν | δυστυχίην. || v. 1197 ὄρνιθος

